



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

II. De Confusione Linguarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

*DE LINGVARVM  
confusione.*

Et si horribilis poena est confusio & uaria Linguarum, que plurimarum in uita calamitatis occasio & seminarium est, & propagationem sermone de contractibus & de doctrinis & alijs rebus necessarijs impedit: tamen hac nostri peccati spiritus sanctus ad gloriam Dei & nostram salutem uitetur, & per diuersitatem linguarum cunctas gentes in unitate fidei congregat: ut in ueteri p[re]dicta eatione dicitur. Itaq[ue] etiam donum Linguarum Ecclesia accedit, & seuerissime precipit, ut Linguae, que fontes doctrine celestis continent, diligenter discamus.

Iubet nos Filius Dei scrutari scripturas Propterea & testimonia de ipso diligenter inquirendi, eternus Pater de celo clamans iubet audiri dictum Filium Dei. At Conclaves Filij Dei et Prophorum, monumentis Lingue Græcæ & Ebraicæ sunt comprehensæ.

Has igitur Lingue ab omnibus, qui fontes uero de Christo doctrine degustare cupiunt, necessaria disci & familiariter cognosci, ut etiam in Thesauris crucis Christi, Ebraicis, Græcis & Latinis literis

pto, significatum est, hisce tribus Linguis præcipue  
ueram de C H R I S T O doctrinam contineri. Ex-  
tant autem aliquot Orationes Philippi, de Necesi-  
tate discendi Linguas, & ingentibus utilitatibus,  
quas mediocris earum cognitio discentibus doctri-  
nam Ecclesiae adfert. Has Orationes diligenter stu-  
diosi legant.

## III.

## DE PLVRITATE

## Personarum Diuinitatis.

De pluritate Personarum Diuinitatis & supra  
Capite 1. & in loco de Deo dictum est. Adiungatur  
autem ceteris hoc quoq; Cap. II. testimonium, Venite  
descendamus & confundamus ibi linguam eorum.  
Quandoenq; enim in ueteri Testamento Deus de  
seipso loquitur plurali numero, certum est plures  
Personas Diuinitatis significari, que in nouo Testa-  
mento adpellantur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus,  
ut supra cap: 1. dicit Deus, Faciamus hominem. Ne-  
cessere est igitur plures Personas esse, que consilia &  
colloquia de creatione Hominis communicent.

## III I I .

## DE PERPETVA SVC-

S 5 cessio-